



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1660.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

Carolus II. revocatur à Parlamento ad
 ſceptrum paternum Angliæ, his con-
 ditionibus, ut parcat parricidis parentis Ca-
 roli, non ducat uxorem diverſæ religionis à
 Proteſtantibus, non abroget edictum ad-
 verſus Catholicos. Solos ritus Scoticos in
 Eccleſiis obſervari jubeat, nec Gallos aut
 Hiſpanos in regnum introducat. Exceptus
 fuit Londini, quam honorificentiffimè, &
 ſingulari omnium Ordinum voluptate, de-
 cretumque, ut dies ille ingreſſûs memoria
 perpetua recoleretur; Subinde authores
 Principes patricidii Regii morte juffu Se-
 natûs mulctati; offa etiam Cromvelii, &
 aliorum ex humo refossa, & ſub furcis pub-
 licis infamibus ignibus combuſta.

Fontarabiæ nuptiæ celebratæ inter Mari-
 am Thereſiam & Ludovicum XIV. per il-
 lius procuratorem Haroſium meuſe Junio.
 Eodem meſe poſt amicum congreſſum
 Regis Hiſpani cum Ludovico in Inſula
 Phafianorum perfectum matrimonium Lu-
 cii in æde S. Joannis. Secutus ingreſſus ſo-
 lennis Regis & Reginae Pariſios ea pompa,
 cui ſimilem Lutetia nunquam viderat.

Improſpero Marte hoc anno certatum à

Remence

Vene-

Venetis contra Turcas, infeliciter ab iis tentata Canea, Nigropons, & Cythera; cæsi insuper & fugati ad Candiam.

Ragozius in pugna ad Hermanstadium quatuor lethalibus plagis sauciatus Varadini moritur, Varadinum à Turcis occupatur.

Moschi semel iterumque à Polonis gravissimè cæsi ad petendam pacem adiguntur, quam tamen impetrare nequeunt.

Moritur Carolus Gustavus Rex Sueciæ. Christina frustra ab Ordinibus ad repetenda gubernacula regni, & ejurandam fidem Catholicam invitatur.

Novis tremis motibus Calabria; Vesuvius flammam, lapides ignitos, & cineres evomit.

ANNO 1661.

Romæ Alexander VII. ad pias preces Regis Catholici peculiarem constitutionem edit in favorem propugnantium Dei parentem in primo conceptionis instanti à labe origiuis præservatam, pænasq; fulminat in eos, qui sententiam tam piam quoquo modo vellicare ausint.

Rex Angliæ coronatur Westmonasterii mense Majo; firmat nuptias cum Catharina sorore Regis Lusitaniæ indignante & fremente